Magna his temporibus fames in terra fuit ubique magnaque
pestilencia subsequuta: et in utroque periculo multi homines perierunt.
*Clemens papa quintus obiit*
Anno heinrici abbatis. xiiij. qui fuit dominice nativitatis
M. ccc. xiiij. obiit clemens papa quintus anno pontificatus
sui nono non dum completo: et vacavit sedes petri annis duo
bus. mensibus tribus et diebus xvij. propter discordiam fratrum.
*Sibodo episcopus spirensis obiit*
Eodem anno pridie Idum ianuarij obiit Sibodo de lichten
berg episcopus spirensis: cui Emicho de lyningen succedens pre
fuit annis. xiiij. non sine dissensione civium suorum ut solent.
*Emericus episcopus wormaciensis obiit*
Eodem quoque anno quarto Idum februarij obiit Emericus
episcopus wormaciensis: cui Heinricus filius comitis silvestris
de dune prepositus domus succedens prefuit annis quinque
Eodem quoque anno. xiiij. kalend. novembris convenerunt
principes imperij pro electione novi regis apud franckfor
*Ludovicus dux bavarie fit rex*
diam. votisque in diversa divisis. Petrus archiepiscopus moguntinus. Baldewinus archiepiscopus treuerensis. Volmarus marchio
brandenburgensis: et Ioannes boemie rex. Ludovicum co
mitem palatinum reni ducemque bavarie in regem romano
rum elegerunt. Contra quem Heinricus archiepiscopus colonie
ensis. Dux quoque saxonie. et Rudolfus comes palatinus
*Fridericus dux austrie contra eligitur.*
reni duxque bavarie frater ipsius Ludovici non favens ei
honorem. in regem elegerunt Fridericum ducem austrie
fratrem Lupoldi ducis et filium alberti quondam regis roma
norum. Quam ob rem inter eos bellum exoritur duravitque an
nos octo: quo tandem ludovicus obtinuit et solus regnavit
Fridericum cepit et in deditionem coegit. Fratrem vero suum
*Rud. palatinus a fratre expellitur*
Rudolfum comitem palatinum reni cum friderico pertina
citer sencientem de patria proscribens in angliam usque ad vi
te terminum relegavit ubi in magna vivens paupertate
tandem mortuus est. Comitatum ergo palatinum cum ce
teris que Rudolfi fuerant aliquamdiu tenuit: sed omnia
filijs eius postea resignavit. Iste Ludovicus uxorem habuit
*Margaretha coniux lud. regis*
Margaretham filiam Vuilhelmi. hollandie comitis que
peperit ei sex filios. Ludovicum marchionem brandenbur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_929/0474
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG